Ad

lustrationem scholasticam

diebb. XXIV et XXV Martii

in Gymnasio Regio Lesnensi instituendam

Serenum Principem Antonium Sułkowski

Gymnasii Curatorem,

Reverendissimos Ephoros

et

omnes liberalioris institutionis fautores

invitat

Georgius Schöler,

Gymnasii Director et Professor.

Insunt:

1) Gymnasii annales.
2) Commentatio:

De discrimine, quod inter populare Atheniensium imperium et inter publica Romanorum instituta intercessit, auctore Eduardo Conrado Olawskio, superiorum Gymnasii ordinum praeceptore.

Lesnae, MDCCCXXXIV, typis Günterianis.

Cz. 31024

DE DISCRIMINE, QUOD INTER POPULARE ATHENIENSIUM IMPERIUM ET INTER PUBLICA ROMANORUM INSTITUTA INTERCESSIT. 1)

Instituta duarum nationum publica comparanti id potissimum spectandum est, ne temporum ratione neglecta, misceat omnia totamque quaestionem perturbet. Quapropter nobis placuit, in conferendo populari Romanorum atque Atheniensium imperio, quod aliis temporibus longe aliud fuit, certa temporum spatia describere, quae opponendo inter se comparemus. Athenis enim summam rerum ad vulgus pertinuisse, haud rectius asseveraris, quam penes regem fuisse imperium. Romae alio tempore regum in manu omnis fere potestas versata est, alio imperium inter nobiles et plebem divisum fuit. Quis igitur civis, quae jura, quae onera ejus fuerint, quid discriminis reperiatur, ea omnia recte dici nequeunt, nisi certa temporum spatia constituuntur. De antiquo tempore, ubi origo serioris disciplinae publicae quaerenda sit, paullo accuratius, de novissimis paucis tractabimus.

1) Cum haud falsa eorum videatur esse sententia, qui discipulos primi et secundi ordinis gymnasiorum litteris Latinis et Graecis non solum via grammatica imbui putent, sed ad illos etiam reipublicae et antiquitatum cognitionem pertinere arbitrentur: operae pretium esse videtur, rem certis finibns circumscriptam adumbrare, ultra quos gymnasiorum praeceptoribus progredi non liceat. Libri enim, de hac disciplina in usum juventutis scripti, neque magni aestimari possunt, et vero omnes post tot et tanta virorum doctissimorum studia nunc, ut ita loquar, antiquati sunt. Commentariolo neque novi multum inest, neque omnia dicentur, quae de hac materia scribi queunt, quippe quod a consilio nostro alienissimum esset. Quosnam auctores probaverimus; utrum verae sint nostrae ipsorum opiniones, aptusque rerum enarratarum ordo ac series, nec ne, id justi atque antiquitatum R. et Gr. periti existimatores ipsi videant.

Periodus prima imperii Romanorum popularis.

Romulusne condiderit Urbem, quot reges et quamdiu singuli regnarint, id argumentis neque confirmare, neque refellere in animo est; eam enim existimamus esse indolem naturae hominum, ut nomina et tempora, quae oblivione facilius obruantur, in fabulosis rebus fingant. Neque tamen Niebuhrius atque ante eum Francogallus Beaufort errasse videntur, qui verum ex fabuloso discerni posse putant, atque instituta et totam disciplinam antiquissimae Romanorum reipublicae, licet multa ficta sint, tamen ita fama depravata esse negant, ut ne vestigium quidem veri restet. — Ex initio igitur penes regem summa rerum fuit, qui non magis ducis in bello, quam legislatoris et judicis functus est officio. Cujus opes et fortia belli facta cum non tanti momenti essent, ut ipse caeterorum civium auctoritate non indiguisset: concedendum ei fuit, ut cives, tam divitiis, quam virtute sua de republica bene meriti, aliquantum regiae potestatis adimerent. Atque adeo reges, finibus civitatis promotis, illos et fundis publicis locupletarunt, neque honoribus dejecerunt, ut, qui potuissent esse terrori, praesidio forent. Cum filii, patriorum bonorum heredes, patrum virtutes quoque adaequarent et reipublicae multo magis prodessent, quam pauperes: digni habiti sunt, qui iisdem honoribus fruerentur, atque patres; quo facto id qnod virtutis praemium principio fuerat, paullatim generis esse coepit. Haec origo gentium nobis esse videtur, quae haud scio an ex cognatione profectae sint; jura enim et bona parta, honores ex patribus acceptos cognati sibi invicem tuiti sunt conjunctisque viribus providerunt, ut in dies tota gens potentior fieret. Postquam cognatio evanuit, ii, qui ejusdem erant gentis, sacrorum communione et agris toti genti communibus conjuncti fuerunt. Ex privatis vero gentium sacris publica exorta putaverimus, quorum procuratio vel regi vel nobilissimis gentibus demandata est, quippe quibus ad sacra habenda auctoritas summa et maximae divitiae essent. Primo igitur cura nonnullorum, regibus sublatis, omnium sacrorum civitatis ad Patres pervenit, quibus plebejos multis artibus, imprimis connubio recusato omnino depulerunt. Quapropter haud false dixeris, principatum nobilium et in majore divitiarum vi et in sacrorum procuratione niti (cf. infra). Plebem usque ad Servii aetatem nihil paene valuisse inter alia patronatus et clientela documento est, cujus instituti id fuisse videtur ingenium, ut in altera parte divitiae, honores et potentia accumularentur, in altera egestas, ignobilis conditio et infirmitas essent. Ultimis igitur temporibus per Senatum omnia, quae rempublicam spectant, regis auspiciis, nobilium consensu perpetrata, graviores vero res comitiis curiatis omnium civium jussu peractae sunt. Jam vero venimus ad Servii Tullii tempora, qui, ut se, obscuro loco ortum, ab impotentia nobilitatis defenderet, omnium regum maxime plebis auctoritatem amplificavit. A Servio ordinum discrimen conditum esse, Livius est auctor; at multo ante illum ii, qui senatorii et equestris ordinis sunt, plebejis, clientes patronis opponuntur. Nimiam patriciorum potestatem imminuturi et Tarquinius Priscus C de plebe homines in Senatum legit et Servius Tullius tribuum numerum auxit, veterum equitum XII centuriis VI de plebe addidit atque censum cum comitiis centuriatis instituit. Namque spes eos cepit, fore, ut plebeji, honoribus et potentia aucti, ob invisum antea nobilium imperium ab ipsorum partibus starent. Postea regibus exactis ipsi Patres plebejos in Senatum cooptarunt (a. 509), qui conscripti appellati sunt. Imminutum patriciorum numerum primariam ejus rei caussam fuisse, Livius refert; at verisimillimum est, opes multorum ex plebe interea sic esse auctas, ut illi, excepto genere, patriciis pares possent haberi. Itaque instabat metus, ne plebeji divites, facta cum caeteris conspiratione, quae patricii ultro non offerrent, vi et armis occuparent. Quod ne eveniret, plebejis ditioribus in Senatum lectis, nobiles caverunt. Quo facto vires plebis, quae si adunatae essent,

fortasse ad opprimendam illorum dominationem satis magnae apparuissent, maximopere attritae, et auctoritas Senatus et patriciorum hoc additamento sic aucta est, ut nunquam postea in republica evanesceret. At Servii Tullii instituta, Tarquinius rex patria pulsus, consules duo facti (a. 509), tribuni plebes creati (494 a.), nobilium effrenata cupido imperitandi et crudelitas summa in obaeratos plebejos, stipendia plebis plurima, bellorum labores et pericula — haec igitur omnia eo usque factionum studia incenderunt, ut gliscens adhuc discordia mox in ignes erumperet, totamque rempublicam misceret. — In universum existimanti etiam regibus sublatis patricii plebem servili imperio exercuerunt, agro publico pepulerunt et caeteris expertibus, soli in Senatum lecti sunt. Huc accedit, quod jus dicerent, honores et sacerdotia et omnino omnes e republica fructus affectarent. Quae cum ita sint, periodi primae finem annum CCLXXXII dum ab u. c. esse volumus, quo, lege Publilia lata, nobilium potentia infringi atque status reipublicae commutari coeptus est.

Periodus secunda. (ab a. 472—300 a. Ch. n.)

Ab hoc inde tempore usque ad annum CCC mum, quo legem Ogulniam tribuni plebis promulgarunt, contentiones plebis et Patrum multo magis sese jactarunt, quam antea; ac plebeji, oppressa nobilitatis invidiosa ac molesta superbia, sibi viam ad summos honores munierunt. Connubii et honorum jure augentur, a Patribus multifariam elusi, quod haudquaquam nacti essent, nisi Publilii lex placuisset, ex qua tributis comitiis magistratus crearentur plebeji; quo facto plebiscita paullatim populiscitorum loco esse coeperunt. At etiam hac epocha nobiles tamen principatum tenuerunt; nam juribus partis plebs modestissime usa est, cujus constantiae hoc est singulare exemplum, quod, lege lata, ut tribunorum militarium consulari potestate tres de plebe fierent, omnes ex Patribus crearentur (Tit. Liv. IV. 6.) Tum igitur et publicis et privatis judiciis praefuerunt, in Senatum fere soli lecti sunt, et comitiis centuriatis suffragiorum quantitate plurimum valuerunt; caeterum hereditate, familia, clientibus atque majorum gloria plebejos superaverunt. Sed priusquam ad proxima festinemus, illud silentio non praetereundum esse videtur, hac periodo consulum nonnumquam imperium interruptum aliosque magistratus in eorum locum lectos esse, ad quos cunctos, quamvis initio patriciorum fuissent, plebeji accesserunt.

Periodus tertia. (ab anno 300—48 a. Ch. n.)

Postquam plebs privatorum sacrorum gentium patriciarum lege Canuleja consors reddita est, operam summam in eo collocavit, ut etiam publicorum particeps fieret, cujus rei copia plebi praecique lege Ogulnia facta est. Sed tempora, quae sequuntur, usque ad deperditam Romanorum libertatem nunc intacta relinquimus; de iis et de bona parte periodi antecedentis infra fusius dicetur.

Periodus quarta. (ab anno 48 a. Ch. — 476 p. Ch.)

Ab Augusto usque ad Odacrum, qui Romanorum imperium in Italia sustulit, primo imperatoris voluntas, in quem unum omnes honores et magistratus collati sunt, deinde militum avaritia et arbitrium, cum virtus neque magni aestimaretur et periculo esse coepisset, legum et libertatis loco imperium exercuerunt.

Epocha prima imperii Atheniensium popularis.

Jam vero ad instituta Atheniensium publica accedimus, in quibus adumbrandis, ut in Romanis, temporum seriem observabimus. Inde ab Ogyge, qui ultimis temporibus in Boeotia et Attica regnasse dicitur, tempora et nomina referre eo magis piget, quia nulla natio initia suarum rerum augustiora faciendi studiosior fuit, quam Atheniensis. Primordia reipublicae Atticae cum institutis Aegyptiacis cohaesisse, multi sunt auctores; equidem id verum esse negaverim. Cecrops Saide Athenas advectus regnum Atticum condidisse traditur; haec vero fama neque est vetusta, et conscensis navibus mare trajicere, apud Aegyptios nefas habebatur. At utrum ex Aegypto Cecrops colonos deduxerit, nec ne, in medio relinquimus; ex suo quisque ingenio vel demat fidem, vel addat; regium vero imperium principio Athenis fuisse, pro certo statuimus. Potentia Atticorum regum haud dubie non multum ab ea differebat, quam Homerus suis regibus attribuit. Bellis gerendis praesunt, domi judicia exercent (Hom. Il. 2. 99 sqq. Hym. in Cer. 103. 473), sacra curant et populum in concionem vocant (Hom. Odyss. 1. 80; 24. 420); ne rex suo imperio nimis indulgeret, principum et totius populi conciones (ἡ βουλὴ τῶν γερόντων — ἡ ἀγορά) providerunt. Caeterorum civium conditionem eandem fere fuisse dixerim, qua cives Romae sub regio imperio vixerunt. Divisi sunt in IV tribus (φυλάς· κέκροπις, αὐτόχθων, ἀκταία, παραλία· earum nomina ab aliis aliter referuntur); tribus singulae III curias (φρατρίας), et curiae XXX gentes (γένη) continent. Hae societates ab initio cognatione, deinde vinculo communium sacrorum et fundis propriis inter se junctae, quo quaeque ditiores et potentiores essent, eo magis ad id animum attenderunt, ne ipsarum sacra cum commodis ad reliquas dimanarent, neve ipsarum dominatus diriperetur. In hoc numero ponendi sunt ii, qui Solonis tempore εὐπατρίδαι vocantur, et gens Eumolpidarum, ex quibus et interpretes sacrarum caerimoniarum et ii electi sunt, quibus curatio initiorum cordi esset. Athenis haud scio an satis probaverim, nobilium et plebis discrimen vetustissimis temporibus inveniri posse. Sed tamen in eam sententiam adduci non possum, ibi nobiles et plebem sibi unquam eodem modo atque Romae oppositos fuisse, easdemque inter eos intercessisse contentiones. Verumenimvero multo lenioribus remediis odium et studia factionum composita sunt; certamina enim, (ante annum 752 a. Ch. n. exorta, atque anno 681, quo annui archontes IX creati sunt, majore spiritu inflata,) Solon et Clisthenes sedavit.

Epocha secunda. (ab anno 594 — 480,)

Secundam periodum ex Solonis aetate usque ad Aristidem statuerimus. Conditio veterum gentium et tribuum imprimis sacrorum confusione et auctis inferiorum civium opibus paullatim mutata est; quod nisi factum foret, Clitsthenes nullo modo novam populi divisionem in X tribus perpetrasset. Jam ante illum virum status reipublicae is fuit, ut permutatio omnibus necessaria videretur. Res ad Solonem delata est; is censum instituit, populumque ex censu in IV classes (πεντακοσιομεδίμνους, ἱππεῖς, ζευγίτας et θῆτας) divisit et in universum plebis partibus ita favit, ut etiam nobiles commutatae sortis non poeniteret.

Epocha tertia.

Ab Aristide usque ad Philippi, regis Macedoniae, tempora differentia inter plebem et nobiles evanuit omnis.

Epocha quarta.

Ea tempora, quae tertiam excipiunt, relinquimus, ad rem enim non quadrant, cum Athenienses, libertate indigni, arbitrio aliarum super alias nationum huc illuc agitarentur, neque quidquam sibi constans ac mansurum in republica superesset.

Postquam docuimus, penes quos diversis temporibus summum imperium cum Romanae, tum Atticae reipublicae fuerit; quae periodi queant constitui: nemo non confitebitur, epocharum Romanae rei secundam et tertiam, Atticae civitatis easdem numero maxime sibi respondere. Neque enim primordia utriusque reipublicae, cum parva et fabulosa sint, neque finem, cum libertate amissa lubido unius, vel regnum aliarum nationum civitatem incesserit, opponendo inter se comparare in animo est. Videbimus igitur paullo accuratius, quam supra dictum est, quibus rebus imperium utriusque populi ex lege Publilia usque ad tempora C. J. Caesaris atque ex Solonis aetate usque ad eam pugnam differat, quae ad Chaeroneam commissa est. In omni hac quaestione nobis praecipue deliberandum esse videtur, quis hoc temporis intervallo in utraque republica civis fuerit, quaque conditione homines inferioris sortis vixerint.

De servis.

Jam vero servi et publici et privati, nisi domino permittente, nunquam sui juris fieri potuerunt; et recte quidem conjicere possumus, eos idcirco Latine pueros et Graece παῖδας nuncupatos esse. In universum Athenis placidiore modo, quam Romae, habiti fuisse videntur. De juribus, re familiari, de matrimonio servorum nusquam ulla fit mentio; ut caeterae res et emi et vendi possunt: peculium, quod dicunt, haud aliter fuit heri, quam liberi servorum.

De Libertinis.

Libertinis Romanorum quosnam opponam, nihil invenio; μέτοικοι enim qui Graece nominantur, munificentia populi, civitatem offerentis, in civium numerum recepti sunt, cum libertinorum liberi ipso jure civitatem consequerentur. Hi domus pars videntur, illi reipublicae. Quaecunque enim officia libertinis praestanda, quae dona offerenda erant, hero praestiterunt; omnis eorum spes in patrono sita et cum divitiis ac potentia ejus tanquam finita fuit, neque unquam, quae ultra essent, curarunt. Graecorum μέτοικοι civium juribus non usi sunt atque omnes inquilini fuerunt; attamen cum artibus, quae ad vitae usum pertinent, operam darent et res familiares constabilirent: tributa annua (μετοίκιον) solvere coacti et si cunctarentur, in servitutem redacti sunt. Quae si accuratius perpenderis, palam est, iis, quos onera ferre oporteret, omnia jura non defuisse; atque adeo vapulare vetiti sunt et mari stipendia fecerunt. Huc accedit, quod cives Attici illos in certos ordines (συμμορίας) distribuerent; Romae libertinorum, quantula est nostra ejus rei scientia, nulla invenitur divisio, neque omnino unquam ulla fuit publica cura. In hoc uno eadem est utrorumque conditio, quod patrono (προστάτης Graece est) e civibus lecto, qui coram judicibus ipsorum caussas ageret, utrisque opus fuerit. Caeterum conditionem eorum, qui Graece μέτοικοι appellantur, nondum satis perspicuam et illustratam putaverim, sive quod veterum auctorum documenta desunt, sive quod subtilior ejus materiae explanatio adhuc exspectanda est.

De sociis.

Athenienses cum principatum in Graecia tenerent (ab anno 480—415), socios et vi et foederibus sibi adjunxerunt. Sociorum civitates partim liberae (αὐτόνομοι — ἐπ' ἴσοις καὶ ὁμοίοις) fuerunt, quae suis ipsarum fundis gavisae, ad bella milites tantum vel naves miserunt. Aliae multo magis Atheniensium dominatui obnoxiae fuerunt, et, ut celerius effeminarentur, tributa, non milites dare jussi sunt (σύμμαχοι ὑποχείριοι, φόρου ὑποτελεῖς). Pecuniarum summa, quae sociis mittenda esset, primum ab Aristide (φόρος ὑπ' Ἀριστείδου) haud iniquo modo definita novique magistratus (ἑλληνοταμίαι) ad tributa colligenda creati sunt. At cum (Plymp. 79, 4) aerarium sociale Delo Athenas translatum esset; cum Periclis pedetentim obvaleret sententia, de pecuniarum usu sociis rationem reddi non oportere; et cum pro tributis portorium (exactores nominantur εἰκοστολόγοι cf. Böckh. Staatsh. der Ath. I, 124.) imperaretur; sors sociorum pessima evasit, ita ut, si tributa praestare nollent, aut quanta fuit Atheniensium avaritia, jussa dare non possent, servire cogerentur; fuere quoque sociorum urbes, in quas magistratus (ἐπισκόπους, φύλακας) mitterent. Thucyd. 1. 19. „Καὶ οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι, οὐχ ὑποτελεῖς ἔχοντες φόρου τοὺς συμμάχους, ἡγοῦντο — — Ἀθηναῖοι δὲ ναῦς τε τῶν πόλεων τῷ χρόνῳ παραλαβόντες, ἦρχον, πλὴν Χίων καὶ Λεσβίων, καὶ χρήματα τοῖς πᾶσι τάξαντες φέρειν." Thucyd. 1 98. πρώτη τε αὕτη πόλις (Naxos) παρὰ τὸ καθεστηκὸς ἐδουλώθη; ἔπειτα δὲ καὶ τῶν ἄλλων ὡς ἑκάστη συνέβη. Thucyd. 4, 104. πέμπουσι (Amphipolitae) μετὰ Εὐκλέους τοῦ στρατηγοῦ, ὃς ἐκ τῶν Ἀθηναίων παρῆν αὐτοῖς φύλαξ τοῦ χωρίου, ἐπὶ τὸν ἕτερον στρατηγὸν τὸν ἐπὶ Θράκης, Θουκυδίδην τὸν Ὀλόρου, ὃς τάδε ξυνέγραψεν κ. τ. α. Cf. quoque ejusdem I, 117 et III., 50.

Romanorum socii, nisi quorum juventus continuis bellis diminueretur, haud unquam male tractati, et Latini mature jus commercii nacti sunt; Marsis aliisque Italiae populis jus Quiritium tum demum datum est, cum bello sociali vi et armis ad eam rem eniterentur. Etiam extra Italiam Romani eo tempore, de quo loquimur, reges et populos, societate inita, in amicitiam receperunt; contra eos vel gentium, vel ipsorum jure actum est. Ejusmodi reges et populi, si validiores et eam ob caussam Romano populo periculosiores essent, suis ipsorum auspiciis civitatem direxerunt; sin opes eorum non magis tributis, quam auxiliis attritae essent, in nullo numero esse coeperunt, atque adeo eorum terra, nisi cuncta Romanorum nutu fierent, in formulam provinciae redacta est. His potissimum artibus, cum Romani tamdiu socios tutarentur ac foverent, quamdiu e re sua esse videretur, imperium Romanum in tantam magnitudinem crevit, ut haec ipsa primo intestinorum malorum, denique exitii caussa atque origo fieret. In universum existimanti Athenienses neque tanta calliditate et magis precario jure res sociorum et coloniarum rexerunt; si illi bello essent inferiores, socii et coloniae, saepius rebellantes, non solum imperium recusarunt, verum et ad hostes defecerunt; sin primas inter Graecos haberent, tanto furore ab iis in socios et colonias saevitum est, quanto a Romanis rarissime. Si qui ab his aut vi, aut voluntaria deditione in societatem recepti erant, amicitia Romanorum nihil firmius, fide erga eos nihil sanctius habuerunt, ut qui, principio Romanorum artibus et amicitiae oblatae nomine decepti, se neque a Romanis nimis premi et suas res multo infirmiores viderent, quam quibus, libertate recuperata, nomen Romanum exstingueretur.

De coloniis.

Colonia vocatur pars civium aut sociorum missa, ubi rempublicam habeat consensu suae civitatis. Athenis coloniarum jura non tam definita ac stricta fuerunt, quam Romae (colonia Graece est

ἀποικία, μετοικία, ἐποικία, συνοικία). Atticarum enim aliae eadem cum urbe, quae colonos deduxerat, et sacra et profana instituta retinuisse et, praeterquam quod milites mitterent, patriam urbem haud magni duxisse traduntur; fuere quoque, qui vel militiam detrectarent. Alias impotenti Atheniensium imperio, crudelitate magistratuum, Athenis eo missorum, et grandi tributorum pondere oppressas esse legimus. Ji, qui Graece κληροῦχοι nominantur, omnium optima conditione vixerunt (cf. Thucyd. III, 50. Böckh Staatsh. der Ath. I, 555.) Namque tametsi Aristophani sors (κλῆρος) agri Aeginetici evenisset, tamen non solum juribus coloni usus est, sed etiam privata jura civis Attici, fortasse publica quoque retinuit.

Romanorum coloniae fuerunt aut civium, aut mixtae cum civibus Latini juris 2); illis commercii et (post legem Canulejam) connubii quoque jus fuit, his alterum negatum est. Romanam tamen civitatem (id est jus suffragii et honorum) colonus rejectione amittit; Attica colonis vel omnibus, vel nonnullis, ut modo dictum est, remansit. Apud Romanos coloniarum status mitissimus fuit 3); cives earum, quae ad mare sitae erant, vel militia liberi sunt. Reliquae Italiae urbes aut inter municipia, aut inter praefecturas numerantur; utrisque fuit commercium soli; illis praeterea potestas reipublicae constituendae data, in has praefecti juri dicendo Roma missi sunt. 4)

De peregrinis.

Peregrinum Romani nuncupaverunt eum, qui neque civis, neque Latini nominis fuit; plerumque provinciarum incolae intelliguntur; provincia vero est quaevis terra extra Italiam, Romanorum armis devicta. Peregrinorum status, qui Romani juris expertes fuere, jure gentium et formula ea, qua eorum terra in provinciam redacta erat, constabilitus est. Hanc formulam jus ex moribus majorum compositum, atque tralaticium, neque tamen omnibus idem fuisse putaverim. Namque cum Romani inexplebili terrarum cupiditate incensi, in immensum modum regni propagarent fines, formula ac lege quadam opus fuit, secundum quam magistratus 5) res provincialium regerent. Huc accedit, quod vel Romanis inhumanum visum est, provincialium fortunam solummodo magistratuum

---

2) Triumviri agris dividundis colonos deduxerunt; de iis et de agrorum partitione cf. Tit. Liv. XXXV, 39; XXXVII, 37; XXXIV, 53; de statu coloniarum cf. A. Gell. noct. Att. 16, 13; verba ejus haec sunt: „sed ex civitate quasi propagatae sunt; et jura institutaque omnia (?) populi Romani — — habent; quae tamen conditio — — — potior tamen et praestabilior existimatur propter amplitudinem majestatemque populi Romani, cujus istae coloniae quasi effigies parvae simulacraque esse quaedam videntur.“

3) Tit. Liv. 27. 10. „Duodecim aliarum coloniarum, quae detrectaverunt imperium, mentionem fieri Patres vetuerunt, neque illos dimitti, neque retineri, neque appellari a consulibus; ea tacita castigatio maxime ex dignitate populi Romani visa est.“ Ibidem: „Pro duodeviginti coloniis M. Sextilius — — — meritum in rempublicam commemorarent et sqq.“

4) Quae A. Gellius loc. laud. de municipiis disputat, huc pertinere non videntur, cum de temporibus novissimis sermonem faciat; quod nisi verum esset, colonias municipiis minus liberas ac magis obnoxias esse haudquaquam diceret.

5) Provinciae fuerunt aut consulares, aut praetoriae; in illas proconsules, in has propraetores missi sunt; quae essent consulares, quae praetoriae, Senatus decrevit. Vectigalia provincialium a quaestoribus, Roma eo missis, administrata sunt; extra eos legati proconsules secuti sunt, qui illorum auspiciis exercitus ducerent.

arbitrio subjicere. Hac igitur formula Romani non magis proconsulum lubidines coërcuerunt, quam provincialibus viam demonstrarunt jus suum contra magistratus Romae patrono lecto persequendi. Cum quibusnam hominibus Atticae civitatis peregrini Romanorum comparari possint, parum constat; alia enim fuit apud Athienienses sociorum conditio, alia colonorum, de quibus supra sermonem fecimus. Socii et coloni suo ipsorum jure vixerunt, Romanorum peregrinis commercium soli fuit nullum. Agri provinciales, exceptis iis urbibus extra Italiam, quae potestate reipublicae libere constituendae et jure commercii a. S. P. Q. R. donatae sunt, non ipsorum colentium, sed cum civium Romanorum, tum publici fuerunt. Agros igitur duntaxat eo jure possederunt, ut ex his ususfructum caperent (Emphyteusin hoc possessionis genus ICti nominant). Sors earum ex formula, qua Romani victores statum constituerant, diversissima fuit; in nonnullis provinciis reges Senatus auspiciis imperitarunt. Sed cum (post bella Punica) Romanorum animos avaritia et ambitio incessit, et omnia pecunia emi et vendi coepta sunt: provinciae ludibrio fuere Romanorum magistratibus, atque fortuna earum tam misera reddita est, ut, qualis ea fuerit, dici vix queat. (Cf. Ciceronis orationes in Verrem et infra de ea quaestione perpetua, quae fuit de repetundis).

Haec omnia a nobis accuratius disquisita sunt; rei enim susceptae nos non omni ex parte satisfacturos fuisse arbitrati essemus, si, ubi de imperio utriusque populi ejusque discrepantia sermo fieret, eos neglectos reliquissemus, qui vel omnium, vel plurimorum jurium expertes fuerunt. Ea quoque, quae sequentur, faciliora erunt intellectu; praeterea operae pretium esse duximus, hic juventuti ante oculos ponere, in quanta et in quam multorum millium servitute eximia illa Romanorum et Atticorum civium libertas acquieverit.

De civibus Romanae reipublicae et Atticae civitatis.

Ex lege Publilia usque ad C. J. Caesaris dictaturam atque ex Solonis aetate usque ad Philippi tempora in utraque republica is numeratur inter cives, qui commercii (ἐγκτήσεως), connubii (ἐπιγαμίας), suffragii (ψηφίσματος) et honorum (τελῶν) jura habet. Romae principio ejus periodi, quam supra secundam esse voluimus, inter cives optima et inter cives non optima conditione discrimen interest; illi omnibus gaudent juribus; his deest jus connubii et honorum. 6) Videmus Adamum quendam, cujus liber de anquitatibus Romanis — (Meyerus germanicum fecit) — in discipulorum manu esse solet, civi non solum jura attribuere, a nobis enarrata, sed etiam testamenti faciendi, adoptionis, tributorum militandi aliarumque rerum. At ille vir quo accuratior fuit in colligendis

6) Romae in civium numerum ii referuntur, qui, patricia, vel plebeja gente oriundi, legitimo nati sunt matrimonio; conjngium non est nisi cum ingenua. Servus, ab hero manumissus, ejusdem est libertus; libertinorum liberi civitatem nanciscuntur. Titi Tatii populum, qui Curibus Romam se contulerit, in civitatem receptum esse, Livius et alii memoriae produnt; unde civitatem nonnumquam etiam jus Quiritium dicunt. Athenis haud aliter ii accensentur civibus, quorum parentes ejusdem sunt conditionis. Initio licet multis dono civitas offerretur, tamen postea cum honores et emolumenta civium crescerent, ne hoc eveniret, legibus cautum est. Quamquam exempla nonnulla invenimus, quibus satis est perspicuum, multos, qui cives non vere essent, jura illorum sibi malis artibus peperisse; contra eos enim Athenis actio fuit, quae γραφὴ ξενίας vocatur. Liberorum nomina haud multo post diem natalem parentes in album curiarum, gentium et tribuum (Athenis vocatur ληξιαρχικὸν γραμματεῖον — λελευκωμένα γραμματεῖα) inscribenda curarunt, ne ulla unquam de civitate exoriretur dubitatio (huc etiam spectant δοκιμασίαι ἐφήβων, εἰς ἄνδρας et id genus alia).

rebus, eo indiligentius, nulla fere temporis ratione habita, collectas ordinavit, cum nesciret, quo loco singula dicenda, quae potiora essent, quae infirmiora; denique omnia ita miscuit, ut nemo recte animo concipiat, qualis diversis temporibus status reipublicae Romanae exstiterit. Et merito quaerimus, quidni ab illo de jure aedificii exstruendi, servi emendi aliarumque rerum, quas forsitan excogitaverit mens humana, sermo factus sit. At ipse intellexit, eum, qui hoc modo civium jura pertractare voluisset, nunquam ad finem perventurum fuisse. Quae cum ita se habeant, necesse esse videtur, investigemus, quid sit summum, quo caetera comprehendantur. Quo facto satis perspicuum est, ei, qui jus commercii habuerit, jus quoque fuisse aedificii exstruendi, servi emendi, adoptionis, testamenti faciendi omniumque rerum, quae huc referuntur. Neque vero aliter jus tributorum et militiae false disjungit; oblitus enim est, quem ad finem Servius Tullius, populo in CXCIII centurias diviso, censum instituerit. Haec autem divisio non magis tributorum, quam militiae jus spectat; quapropter illa duo uno suffragii jure continentur. Sed omissis iis, quae de hac re asseverat, ut quae vel minus vera, vel inconsultius collata sint, de quattuor tantum juribus civium tractabimus.

A. De juribus civium privatis.

I. De jure commercii (ἐγκτήσεως).

Romae a Patribus fundos reipublicae ultimis temporibus possessos esse, eandemque originem potentiae eorum fuisse, supra asseveratum est. At manifestum esse videtur, ea re patricios etiam postea plurimum valuisse, opesque eorum haud aeque attritas esse, atque plebejorum, qui, cum bellorum fructus nobiles soli captarent, rem familiarem; coacervatis aliis super alia bellis, sic negligere coacti sunt, ut, aere alieno apud patricios contracto, in ditionem paene nobilitatis venirent. Hanc potissimum ob caussam patricii eo quoque tempore, cum (paullo post Carthaginem deletam) in republica divites et pauperes, non nobiles et plebeji sibi opponerentur, hereditatibus, ex longa majorum serie acceptis, quae in dies crescebant, plurimum potuerunt. Eadem res tabularum novarum et legis agrariae, a Spurio Cassio Viscellino primum latae et inde ab eo tempore usque ad turbulentas Gracchorum seditiones saepius repetitae ansam praebuit; hac imprimis lege tribuni plebis civium conditionem, quae injusta agrorum publicorum partitione iniquissima facta erat, exaequare voluerunt. Quae ne juberetur, postea etiam plebejorum ditissimi restiterunt; at victoriam non deportassent, nisi nobiles, latifundiis, largitione, clientium et obaeratorum civium numero et genere potentes, eos omnium virium intentione adjuvissent. — Athenis vetustissimo aevo haud aliter nobiles et ignobiles reperiuntur; et vero supra dictum est, caussam diversitatis in possessione agrorum quaerendam esse. Sed Athenienses neque tot bella gesserunt, neque unquam ita, ut Romani, imperii fines promoverunt. Qua re factum est, ut neque opes nobilium tam celeriter et in tam immensum modum augerentur, et plebeji, occupationibus pacis intenti, quieta gauderent possessione. Divitiae igitur nobilium paullatim ampliatae neque invidiam, neque studia plebis excitaverunt, quae et ipsa, continuis bellis, quominus agros coleret, non impedita, rem familiarem confirmavit. At dixerit quis, etiam Atticam rempublicam studiis partium, ob eandem caussam res novas molientium, concussam esse; equidem id falsum esse negaverim; veruntamen ex injusta nobilitatis cupiditate seditionum originem frustra derives. Solonis institutum (σεισάχθειαν), quo egenorum conditionem sublevavit, possis quidem tabulas novas dicere; neque tamen plebejos apud nobiles, sed egenos apud divites

aes alienum conflasse affirmaverim. Quibus enim rebus nobilium opes tum coaugmentatae, caeterorum retardatae fuerint, nihil intelligo. Aristidis aetate ordinum discrimen, quod ex agrorum possessione proficiscebatur, omne eviluit, sive quod nobiles occasionem avitae hereditatis constabiliendae nullam habuerunt, vel data non usi sunt; sive quod plebejorum multi res suas tam amplas fecerunt, ut nobilibus pares possent censeri. Quapropter divisio quoque Solonis, quae censum spectat, paullatim obsolevit, atque cum Euclides archon esset, fere antiquata fuit.

Romae igitur Patrum potentia imprimis agro publico, quem sibi solis vindicarunt, 7) ac divitiis, quae inde prodierunt, usque ad novissima tempora continuata est. Haec silentio non transeunda esse opinatus sum; omnia enim ad se rapuerunt plebeji; at divitias, quibuscum simul potentia cresceret, nisi sublato reipublicae statu, nisi perturbata privatorum hominum conditione, nobilibus eripere non potuerunt. Athenis lex agraria, quae, a populo Romano jussa, nobilitatis ac postea divitum potentiam funditus convertisset, nunquam eodem vocabuli intellectu lata est. Quae enim Athenis divites possederunt, justo modo, ut supra diximus, pepererunt; neque caeterorum animi divitiis offensi, neque invidia excitata est. — At hic, quoniam de fundis publicis disseruimus, nonnulla de Equitibus, qui circa Gracchorum tempora ordinem in republica tertium formaverunt, addenda sunt. Romulus illos legisse traditur, ut in bellis equo stipendia facerent. 8) Eorum conditio longo temporis intervallo commutata est; Gracchorum enim aetate non solum jus dixerunt, sed etiam reditus ex Romanorum provinciis (scripturam, decumas, portorium), societate inter tot homines inita, quot ad fidem faciendam opus essent, soli conduxerunt. — Vectigalia, quae ex silvis, agris, pratis, metallis et aedibus publicis prodierunt, Athenis unicuique, qui plurimum licitus esset, pagorum, tribuum et curiarum nulla ratione habita, publice collocati sunt. Itaque divitiae, quae hoc modo comparari potuerunt, Romae omnes ad unum ordinem translatae, Athenis inter omnes dissipatae, in altera civitate ordinum differentias confirmarunt, in altera conditionem omnium civium aequabiliorem reddiderunt. — Jure commercii multa alia contineri, supra commemoratum est; sed cum tota haec quaestio ejusmodi sit, ut magis ICti, quam philologi, eam instituant, hic nobis subsistendum esse putamus.

---

7) Patriciorum agri ad unum omnes reipublicae, non ipsorum fuisse videntur, quamquam de ea re adhuc inter judices lis est. Illorum fundi nostra lingua Lehen, plebis agri Allodien dici possunt. Inde sequitur, ut, si possessionum rationem habeas, patricii cum nobilibus omnium regnorum, quae medio aevo a Germanis in Francogallia, Italia, Hispania aliisque terris condita sunt, et plebeji Romanorum cum reliquis liberis hominibus earundem civitatum recte conferantur. Apud Athenienses reditus ex agris publicis sunt civitatis, non privatorum hominum; neque vero magnum discrimen ex agrorum possessione exortum est.

8) Tarquinius Equitum numerum auxit; Servius Tullius eorum XVIII centurias fecit; pars populi non fuerunt; qui enim majorum gentium sunt, patriciis, qui minorum, plebi accensentur. Postea ordo equester appellantur, atque patriciis, sive Senatoribus et plebi opponuntur. Cicero, equestri loco ortus, in conspiratione senatorii et equestris ordinis salutem publicam sitam esse putavit; ejus et jam Gracchorum tempestate equo non amplius merentur; domi judiciis, ut multi credunt, publicis intersunt et vectigalia conducunt; abhinc iis vel publicanis, vel ordini equestri nomen est; Livius eos „seminarium Senatus“ appellat.

II. De jure connubii (ἐπιγαμίας).

Romanae plebi principio jus connubii defuit; caussam posuimus in metu patriciorum, ne plebs, si sacra privata communicarentur, publica quoque affectaret. 9) Multismodis a Patribus certatum est, ne connubium plebeji adipiscerentur, tandem licet invitissimi cesserunt. Initio vero ejus periodi, quam supra secundam statuimus, legibus cautum est, ne patricius plebejam, neve plebejus patriciam duceret; quo facto plebs et Patres, cum illa sacris publicis procurandis indigna haberetur, ac neque sacerdotiis, neque honoribus fungi posset, in eum modum distenti sunt, ut utrorumque sors diversissima appareret. Neque vero XII tabulis legum status civium omnium exaequatus est, ut verissima eorum videatur esse conjectura, qui publicum, non civile jus Romanorum illis legibus immutatum credant; fundamento enim juris privati sublato, tota respublica tollitur. Quae cum intelligerent ii, qui XII tabulis legum scribendis fuerunt, jus connubii plebi recusarunt. Sed tamen etiam post legem Canulejam (anno 445 a Ch. n. latam) conjugia rarius mixta sunt. Namque qui patriciis persuasum esse potuisset, sacerdotia, si ad plebem venirent, contaminari et pollui; qui legi Ogulniae, quae clarissimos plebejos, non infimam spectaret plebem, ita refragati essent, si promiscuis matrimoniis omnium jura aequiora facta fuissent. (Liv. x, 6 — 9.) Quid? quod novissimis temporibus, cum gentis nobilitas honori magis, quam emolumento esse coepisset, patricia virgo, quae plebejo nubit, capite deminui dicitur. Nunqnam igitur discrimen, quod inter gentes intercessit, omni ex parte obliteratum est. Quae si quis vera esse negaverit, hoc saltem dabit, fructus agrorum, qui gentium patriciorum essent, multo uberiores fuisse, quam eorum, quos plebeji possederunt. At satis perspicuum est, etiam haec res ordinum differentias confirmavit.

Athenis connubia nobilium cum plebe, quantulacunque est nostra antiquitatum scientia, illegitima fuisse nusquam legimus; at id quod lege non vetitum erat, principio moris fuisse arbitramur; eo autem, de quo agimus, tempore jus connubii omnium fuit civium. Eumolpidarum, Lycomedarum gentes summo quidem honore affectas esse, concedimus; sed sacrorum publicorum procurationem nobilibus non multum profuisse, id est documento, quod caeterae gentes sacra illis adimere nihil conatae sint. Archonti, qui βασιλεὺς vocatur, et Areopago multa fuit cura sacrorum reipublicae; ille usque ad finem Persici belli secundi ex prima classe, paullo post, ut caeteri archontes, ex omnibus factus est; in Areopagum de archontibus eos legerunt, qui magistratu bene gesto abierant. Patricii igitur Romanorum, connubio vel recusato, vel parce concesso, mirum quantum valuerunt; apud Athenienses promiscua esse conjugia, leges non vetuerunt. — Ex privatis vero gentium sacris publica exorta et initio utraque arctissime connexa fuisse, supra commemoravimus. Cum Athenis ex cura sacrorum civitatis nemo tantos ceperit fructus, quantos a patriciis Romae captos esse pro certo habemus: palam est, quibus rebus commoti Atheniensium nobiles connubii jus omnibus concederent. — — Sed

---

9) Cf. Tit. Liv.; ejus verba c. IV, 6 haec sunt: „ideoque decemviros connubium diremisse, ne incerta prole auspicia turbarentur. Plebes ad id maxime indignatione exarsit, quod auspicari, tanquam invisi Diis immortalibus, negarentur posse, nec ante finis contentionum fuit — — — quam victi tandem Patres, ut de connubio ferretur, consensere.“ Hunc locum adnotavimus, ut discipuli ipsi de arcto privatorum et publicorum sacrorum vinculo dijudicent; inter viros doctos post Niebuhrium aliosque nemo est, quin concedat.

postquam haec de juribus civium privatis, publicorum quasi fundamento, docuimus, disseremus nunc, quaenam fuerint publica, quibusque rebus differant.

B. De juribus civium publicis.

I. De jure suffragii (ψηφίσματος).

Comitiorum tria fuerunt Romae genera, curiata, centuriata, tributa; quae enim consularia, quaestoria, militaria apud Livium, aliosve appellantur, sunt centuriata; calatis curiatim sententias tulerunt. Omnium antiquissima fuerunt curiata, quae postea paene obsoleverunt, nisi quod sacerdotes iis fierent. (Cic. de leg. agr. I. II. „Nunc quia prima illa comitia tenetis centuriata et tributa, curiata tantum auspiciorum caussa remanserunt“) Curiae a Romulo XXX factae, singulis tribubus assignatae sunt X curiae. — Centuriata Servius Tullius instituit. Centurias CXCIII, 10) novem Equitibus, non XVIII suffragia fuisse, quorum III ad Equites Romuli, VI ad novos, sive plebejos pertinerent, cum Reisigio, qui Dionysium aliqua ex parte secutus esse videtur, libenter affirmaverim. Quo evenit, ut res, cum LXXXIX suffragia primae classis et Equitum essent, etiam ad secundam; et si ibi variasset, ad tertiam quoque nonnumquam perveniret. 11) Quae Livius de his comitiis disputat si vera essent, Servius haudquaquam e re plebis egisset, a qua stare eum necesse fuit; secundum ea, quae narrat, omnia, exclusis caeterarum classium centuriis, quae ingentem hominum multitudinem continebant, ab Equitibus et primae classis centuriis perpetrari potuissent. Quae enim de sexta classe Dionysius tradit, 12) ea ad secundam et reliquas eadem ratione referri posse negamus. Postea ex quavis tribuum binae factae sunt centuriae, ut, si XVIII centuriarum Equitum rationem habeas, omnino LXXXVIII essent. Plurimi magistratuum summorum iis creati sunt. — — Tertium genus fuit tributorum. Tribus ab ipso Romulo III. conditae, a Servio in urbanas et rusticas divisae sunt: harum postea fuerunt XXXI, illarum IV. Legitime instituta sunt tributa comitia lege Publilia, quibus magistratus plebeji fierent. — Comitia non semper eadem fuerunt auctoritate. Quandoquidem vero ex dignitate singulorum nobis conjicere licet, quanta quovis tempore ordinum potentia, qualis reipublicae status fuerit, hoc perscrutatu dignissimum esse putamus. Curiatis penes patricios, cum in republica caeteros cives auctoritate antecederent (754 — 472), summum arbitrium atque discrimen rerum fuit. Alii de hac re aliter judicant. At quo tempore curiata frequentissima fuerunt, summa rerum vel ab ipso rege, vel a primoribus civitatis administrata est. Ut credamus, ultimis temporibus plebejorum plurimos clientes fuisse, res ipsa monet. Qui enim primi Romam, ubi habitarent, se contulerunt, aut divites ac potentes, aut pauperes fuerunt, quorum hi mutata sede speraverunt, fore, ut etiam sors sua mutaretur. Contra illi, divitiis

---

10) Dionys. Hal. antiq. R. (IV. pag. 222 edit. Sylburg.) de numero centuriarum sic: ἐγένοντο δὲ συμμορίαι μὲν ἓξ, ἃς καλοῦσι Ῥωμαῖοι κλήσεις — — λόχοι δὲ, οὓς αἱ συμμορίαι περιελάμβανον, ἑκατὸν καὶ ἐννενήκοντα τρεῖς· ἐπέζων δὲ τὴν μὲν πρώτην συμμορίαν ὀκτὼ καὶ ἐννενήκοντα λόχοι σὺν τοῖς ἱππεῦσι κ. τ. α. Sextam quam Livius dicit classem, una centuria fuit.

11) Cf. Dionys. ibidem pag. 224 et 225.

12) Ibidem pag. 224: „ἔλαθε (Servius) τὸν δῆμον καταστρατηγήσας, καὶ τοὺς πένητας ἀπελύσας τῶν κοινῶν· ὑπελάμβανον μὲν γὰρ ἅπαντες ἴσον ἔχειν τῆς πολιτείας μέρος, κατ' ἄνδρα διερωτώμενοι τὰς γνώμας ἐν τοῖς ἰδίοις ἕκαστοι λόχοις· ἐξαπατῶντο δὲ κ. τ. α.

freti, tantam potentiam sibi vindicarunt, ut pauperes in illorum fere ditionem venirent, et conditio patronatus et clientelae exoriretur. Veterum sessorum aliquibus agri non ademti, partim clientes facti, maximam vero partem servire coacti sunt. Quibus argumentis permotus initio plebejos comitiorum expertes fuisse crediderim; sin iis interfuerunt, nihil fere valuerunt. — Post Servium centuriata maximi momenti fuerunt; etiam iis patricii, cum suffragiorum quantitate plebem superarent, et per clientes et debitores plurimum possent, superiores sunt. Servius Tullius haec sine ulla dubitatione eo consilio instituit, ut nimiam nobilium cupiditatem regnandi irritam redderet. Et vero conjectura assequi possumus, intra justos fines, dum permaneret regium imperium, illorum potestatem coërcitam esse. Sed ubi Patres, haud exiguo plebejorum numero in Senatum lecto, plebis opes attriverunt, suamque potentiam corroboraverunt: comitia centuriata potestati nobilium non solum nihil detraxerunt, verum et auxerunt. Postea Publilius legem de magistratibus plebis creandis promulgavit; sic vero centuriatorum et in universum nobilitalis auctoritas fracta est, cum patriciis facultas per clientium suffragia tribunos, quos vellent, omnis auferretur. Ex hac demum lege tributa dignitate fuerunt tanta, ut, statu centuriatorum commutato, centuriarum quoque numerus, habita tribuum ratione, diminueretur. Novissimis temporibus (paullo ante Carthaginem et Corinthum deletas) haec sic commutata comitia centuriata omnium maxime obvaluerunt. Jam vero pervenimus ad ea tempora, quibus, cum imperium a patriciis ad divites transisset, comitia cujusvis generis, licet omnia iis agerentur, nulla paene auctoritate esse coeperunt. Namque pauci praepotentes cives et in Senatu et comitiis omnia, quae vel ambitio, vel odium suadebat, effusa largitione, bonis et malis artibus assecuti sunt. Videmus igitur, Romae ea comitia quovis tempore praecipua fuisse, quorum natura atque indoles talis fuerit, ut auctoritati potentissimi cujusvis ordinis indulgeret.

Etiam Attici populi divisiones nonnullas invenimus. Cecrops cives in tribus divisit; Clisthenes earum numerum auxit, ita ut X essent; Solon ex censu IV classes instituit. Jam ante eum ναυκραρίαι, in quas totus populus rei militaris et navalis gratia divisus erat, nominantur. Clisthenes fecit L, cum antea XLVIII fuissent. Ex situ quoque fundorum diversis pagis (δήμοις) 13) cives adnumerantur, et ex aetate ii, qui Graece ἡβῶοι, vel ἔφηβοι appellantur, ab aliis distinguendi sunt, qui, cum illi intra fines terrae Atticae militarent, etiam extra patriam stipendia fecerunt (horum militia vocatur ἡ ἐν τοῖς ἐπωνύμοις, nimirum ἄρχουσι στρατεία· illorum ἡ ἐν τοῖς μέρεσι). At omnes divisiones, a nobis allatae, ad suffragii jus nihil faciunt, nisi quod qui ἡβῶοι et ἔφηβοι nominantur, comitiis exclusi fuerunt. Athenis igitur nunquam (Pisistrati, Hipparchi et Hippiae tyrannidem et regnum XXX tyrannorum 14) silentio praetereunda censeo) per hasce duas periodos, supra indicatas, ullum de novis comitiis certamen fuit. Quemadmodum supra comitiorum varietatem ex diversa ordinum Romanorum

---

13) Pagi ex Eustathii sententia CLXXIV fuerunt; terrae Atticae, vel Athenarum ipsarum sunt partes. Athenienses patris nomini pagi quoque nomen addiderunt; pagorum praesides vocantur δήμαρχοι.

14) Duo sunt genera monarchiae; alterum regium est imperium, altera tyrannis. Homerus tyrannidem novisse non videtur; ne vocabulum quidem in carminibus ejus legimus. Rex consensu civium princeps est, tyrannus contra illorum voluntatem in republica adhuc libera majora concupiscit, ac summum imperium vi et armis affectat; hic se custodibus circumdat; ille, quippe populo suo confisus, custodum cohorte non indiget; Cf. Nep. Milt. vit. VIII. et Polyb. VI, 4; ejus verba haec sunt: οὔτε γὰρ πᾶσαν δῆπου μοναρχίαν εὐθέως βασιλείαν ῥητέον· ἀλλὰ μόνην τὴν ἐξ ἑκόντων συγχωρουμένην, καὶ τῇ γνώμῃ τὸ πλεῖον, ἢ φόβῳ καὶ βίᾳ κυβερνωμένην. Phaedr. I, 2.

potentia derivavimus: ita unum tantummodo comitiorum genus Athenis ob eam caussam fuisse arbitramur, quod ibi ordinum discrimen inveniri non queat. — Romae et Athenis fuerunt comitia aut ordinaria (ἐκκλησίαι νόμιμοι), aut subitaria (σύγκλητοι); illorum Athenis IV habita sunt eo temporis intervallo, quod vocant πρυτανείαν. — Res, quae comitiis pertractantur, in utroque populo fuerunt eaedem, si nonnullae excipiuntur, quae Romae ad summa sacerdotum collegia, vel ad Senatum, Athenis ad totius populi conciones pertinuerunt. Leges 15) igitur comitiis latae, magistratus creati, bella decreta, pax facta, foedera percussa, caussae capitales actae et rationes de vectigalibus et de rebus gestis redditae sunt. 16) Quoniam de judiciali comitiorum potestate sermo factus est, de ostracismo disserendum videtur; paucis absolvam. Qui Athenis et amicorum multitudine et divitiis, pacis et belli artibus ac laude tantam dignitatem adeptus est, ut libertati civium et reipublicae institutis infestus esse existimaretur: is a populo testarum suffragiis (ὀστρακισμῷ qui alias e. c. Syracusis πεταλισμὸς appellatur) patria pulsus est. Neque vero id vocabulum Latine exsilium dixerim, quod Graece φυγὴ, ἀειφυγία est; quicunque enim Romae in exsilium mittitur, bonis publicatis, capite deminutus, plerumque infamiae nota afficitur. Athenienses vero, qui, testularum suffragiis pulsi, patria excesserunt, non modo infamia (ἀτιμίᾳ) contaminati sunt, sed ne civitatis quidem jura amiserunt, et vero omnia stato tempore praeterlapso receperunt. Honori magis, quam dedecori fuit haec poena, qua Athenienses occasionem potentissimi conjusvis civis removendi habuerunt. Neque negari potest, hoc instituto Atheniensium libertatem saepius conservatam esse. Romae, ubi nobiles et posthaec divites providerunt, ne suae potentiae debilitandae vel plebi infimae tanta facultas esset, eadem poena nunquam exstitit. Sed haec hactenus.

Nunc restat, ut de tributis civium et militia loquamur. Cui comitiis interesse ac suffragium ferre licuit, eundem in utraque civitate onera publica ferre oportuit; praecipue militia et tributa commemoranda sunt. De iis veterum haec fere fuit opinio: cum salute publica privatorum salus sic conjuncta est, ut haec sine illa non modo consistere, sed ne cogitari quidem possit; quae igitur homines privati possident, ea omnia in publicos usus converti queunt. Cives non solum tributa jussa dederunt, sed etiam totam rem familiarem, si magna pericula impenderent, et ipsa capita civitati obtulerunt. Apud Athenienses periculosis reipublicae temporibus per magistratus, qui ἐπιγραφεῖς nominantur, tributa ex censu constituuntur, quae singulis offerenda sunt (εἰσφορά, εἰσαγγελία). Romani, tumultu exorto, belli cladibus fracti, nihil prius, nihil antiquius habuerunt, nisi ut, donis ultro oblatis, detrimentum publicum emendarent atque reipublicae statum in integrnm restituerent. Qui Romae capite censi, Athenis Θῆτες vocantur, tributa non dederunt et novissimis tantum temporibus militarunt. Exceptis iis, qui Roma Vejos bello Gallico commigrare vellent, ne unum quidem exemplum animo obversatur, ubi Romani, de rebus suis desperantes, publica salute posthabita,

---

15) De potestate populi Romani in comitiis Polybius VI, 14, in hunc modum loquitur: „Τιμῆς γάρ ἐστι καὶ τιμωρίας ἐν τῇ πολιτείᾳ μόνος ὁ δῆμος κύριος — — κρίνει μὲν οὖν ὁ δῆμος — — — καὶ μάλιστα τοὺς τὰς ἐπιφανεῖς ἐσχηκότας ἀρχάς· θανάτου δὲ μόνος κρίνει. — — Καὶ μὴν τὰς ἀρχὰς ὁ δῆμος δίδωσι τοῖς ἀξίοις. — — Ἔχει δὲ τὴν κυρίαν καὶ περὶ τῆς τῶν νόμων δοκιμασίας· καὶ τὸ μέγιστον ὑπὲρ εἰρήνης οὗτος βουλεύεται καὶ πολέμου· καὶ μὴν περὶ συμμαχίας καὶ διαλύσεως καὶ συνθηκῶν, οὗτός ἐστιν ὁ βεβαιῶν ἕκαστα τούτων κ. τ. σ. Cf. etiam Schoemanni de comitiis Atheniens. libr. pag. 155 et sqq.

16) Athenis contra omnes magistratus ad populi conciones provocari potuit; Romae nonnulli magistratus sine provocatione facti sunt.

sua tantum corpora et rem servare studerent. Immo vero eum impium atque abominandum hominem duxerunt, qui sui amore captus patriae calamitatibus succurrere nollet. Saepius quidem numero apud Livium aliosve legimus, plebem militiam recusasse; ad id tamen non patriae odio, sed injusta agrorum publicorum partitione et crudelitate creditorum effectum est. Etiam Athenienses, cum, Persarum adventu cognito, suos et omnia, quae moveri poterant, Troezenem transtulissent, non eo consilio discesserunt, ut patriam desererent ac sua tanquam ex incendio reipublicae eriperent; atque adeo remotis iis, quae tueri non amplius possent, victoria parta, eo reverti certum fuit, unde licet invitissimi, abierant. Tributa, quae omnia commitiis jussa sunt, Romae initio plebem oppresserunt. At postquam aurum, argentum et divitiae aliarum gentium in aerarium publicum confluxerunt, cives Romani fere immunes fuerunt; donec enim militarent, stipendia acceperunt, victoria deportata, onusti praeda Romam redierunt, ubi ex donis publicis et largitione ditissimorum vitam sustentarent. Attici quoque cives, quamdiu principatum tenuerunt, muneribus omni fere ex parte liberi fuerunt; at posthaec praesertim bello Peloponnesiaco tanta tributa dare coacti sunt, ut singulorum res vix sufficerent. — Stipendiorum numerus certus fuit ac definitus; peditum plura stipendia, quam equitum; caeterum veteres, qualis fuit eorum de stipendiis faciendis sententia, militiam honorem, non onus putaverunt. Etiam post Marium, nisi fatis imperii urgentibus, servis, libertinis et capite censis stipendia mereri non licuit. Athenis ii, qui μέτοικοι nominantur, mari nonnunquam militarunt; servi militia exclusi sunt.

Quibus magistratibus Romae populum in comitia convocare concessum est, (in tabula publice affixa magistratus diem et res, quae in deliberationem caderent, paucis inscripserunt) iidem comitia rexerunt; verum exceptis tribunis plebis, donec ad omnes honores plebs accesserit, patricii duntaxat magistratus hac licentia usi sunt. — Athenis cura comitiorum ad multo plures cives spectavit; ab aliis magistratibus populus convocatur, ab aliis comitia habentur. Populo congregato ex singulis tribubus excepta praerogativa (προεδρεύουσα est Graece), is Senatorum, qui princeps Senatus (ἐπιστάτης) Latine dici possit, unum civem sortitus est, ut omnino IX comitiis praeessent; πρόεδροι vocantur. Ex iis unus, cui id sorte evenit, princeps factus est; is quoque ἐπιστάτης nominatur ejusque auspiciis comitia habita sunt. His ita enarratis, nemini erit dubium, quin suffragii jus et dignitas, quae ex habendis comitiis proficisceretur, Athenis licentiore modo, quam Romae, ad omnes cives pertinuerint. Hoc unum 17) non relinquendum esse censemus, suffragia ferendi, comitia regendi aequas partes etiam iis fuisse, qui tanta paupertate degerent, ut, cum indignarentur, quod res suas ob comitia negligerent, comitiale stipendium (μισθὸν ἐκκλησιαστικὸν) acciperent; quod Romae nunquam datum est. Ea potissimum re accidit, ut Athenis imperium summum ex Aristidis aetate imprimis penes infimam plebem esset, isque status reipublicae appareret, quam Graece ὀχλοκρατίαν nominant. Sed haec hactenus.

---

17) Polybii adumbratio rerumpublicarum veterum insignis et digna esse videtur, quae in usum juventutis huic loco adscribatur; namque in depingendis permutationibus istaram non solum res gestas et historiam spectavit, sed etiam argumentis e re ipsa petitis docuit, illas permutationes ex natura et ingenio ipsarum esse exortas. Verba ejus VI, 4, haec sunt: πρώτη μὲν οὖν ἀκατασκεύως καὶ φυσικῶς συνίσταται Μοναρχία· ταύτῃ ἕπεται καὶ ἐκ ταύτης γεννᾶται μετὰ κατασκευῆς καὶ διορθώσεως Βασιλεία· μεταβαλλούσης δὲ ταύτης εἰς τὰ συμφυῆ κακὰ, λέγω δὲ εἰς Τυραννίδα, αὐθις ἐκ τῆς τούτων καταλύσεως Ἀριστοκρατία φύεται· καὶ μὴν ταύτης εἰς Ὀλιγαρχίαν ἐκτραπείσης κατὰ φύσιν, τοῦ δὲ πλήθους ὀργῇ μετελθόντος τὰς τῶν προεστώτων ἀδικίας, γεννᾶται Δῆμος· ἐκ δὲ τούτου πάλιν ὕβρεως καὶ παρανομίας ἀποπληροῦται σὺν χρόνοις Ὀχλοκρατία.

II. De jure honorum (τελῶν).

Jam vero ordimur de jure honorum loqui. In omni hac quaestione praecipue deliberandum videtur, quos veteres vocarint magistratus; sed non omnes consentiunt. Omissis igitur iis, quae false proponuntur, illorum sententiam sequemur, 18) qui eos magistratus (ἀρχὰς) fuisse arbitrantur, qui jurisdictionem habuerint; cum cunctis enim magistratibus praesidium quoddam judiciorum (ἡγεμονία δικαστηρίου) conjunctum fuit. 19) Ultimis temporibus magistratus et judicis partibus, ut nunc apud nos moris est, unus idemque functus, postea utrorumque officia sejuncta sunt, ita ut alter sententiam ferret, alter judiciis praeesset. Caussae aut fuerunt privatae, aut publicae; 20) illis, ut ICti loquuntur, de meo et tuo agitur; publica actione Romani et Athenienses eos persecuti sunt, qui legibus, sacris ac omnino reipublicae institutis periculosi esse viderentur. Si quis cui diem Romae dicturus erat, ad magistratum adiit, cui de ea re fuit jurisdictio; is formulam dedit et judices sortitus est. In ipsa caussa actori et reo amici advocati praesto sunt, oratores verba faciunt, a judicibus res et lis aestimatur. Judices ex Senatoribus, postea (Gracchorum aetate) ex Equitibus lecti sunt; 21) patricii vero et ii, qui equestris ordinis erant, soli jureperiti fuisse videntur. Jus enim Flavianum et Aelianum ICti nihil aliud fuisse putant, nisi complexum formularum judicialium, quarum omnes cives, cum notis scriptae essent, ad id temporis, exceptis patriciis, ignari fuerunt. Et profecto nemo infitias ibit, hac judiciorum ratione discrimen inter cives Romanos haud exaequatum esse.

Athenis judices, qui caussis publicis sententiam rogabantur, ἐφετὰς, reliquos ἡλιαστὰς nuncuparunt. Hi novem archontum auspiciis ex singulis tribubus secundum Schoemanni opinionem sexceni quovis anno electi sunt, ita ut VI millia essent. Apud eos magistratus, quibus erat jurisdictio, chartam actores deposuerunt, nomine rei et criminis inscriptam. Magistratus, postquam utrosque certo die adesse jusserunt, non solum ex actore quaesiverunt, quibus argumentis commotus actionem

---

18) CF. Meieri et Schömanni librum: „Der Attische Process“ pag. 39 et 40.

19) Si quis haec vera esse negaverit, atque Romae praetoribus fere solis jurisdictionem fuisse profiteatur: eum aliqua ex parte falsum esse putaverim. Romae multa quidem fuit cura juris dicendi penes praetorem, et Cicero (de leg. 3, 3) in hunc modum loquitur: „Iuris disceptator, qui privata judicet, judicarive jubeat, praetor esto; is juris civilis custos esto et sqq.“ At hic de privatis caussis disserit; alii igitur publicis judiciis praefuerunt, et idem edicti consulum et tribunorum plebis mentionem facit; etiam censorum et aedilium commemorantur edicta. Quae cum ita sint, pro certo ducimus, ab omnibus fere magistratibus edicta pronuntiata esse. Siquidem de cunctis hoc vere dici putamus, penes omnes de rebus certis jurisdictionem quandam fuisse necesse est. Praetoris jus honorarium, quippe cujus jurisdictio omnes paene caussas privatas amplecteretur, sic inclaruit, ut ab auctoribus ne nominentur quidem caeterorum edicta.

20) Cicer. pro Caecina 2: „ideo quod omnia judicia aut distrahendarum controversiarum, aut puniendorum maleficiorum caussa reperta sunt ect“ Initio populus comitiis de maleficiis jus exercuit, vel judicia constitui jussit. Cum Romanorum mores avaritia et ambitione pessumdarentur, et alia scelera ab aliis exciperentur: judicia ordinaria fieri necesse fuit; ab anno 604 quaestiones perpetuae vocantur. Primum de quattuor maleficiis, de majestate, ambitu, repetundis et peculatu inquisitum est. Syllae tempore etiam de veneficiis, de sicariis, de falsis et de cormpto judicio sunt quaestiones perpetuae; praetores haec judicia rexerunt.

21) Ea, quae hic asseveramus, publica tantum respicere judicia, verisimillimum est. Qui enim fieri potuisset, ut Senatores, quorum tam varia ac laboriosa essent officia, usque ad Gracchorum tempora soli judicia habuerint? Sane jam ante illorum aetatem (ut posthaec Plotia, Pompeja et Aurelia lege judiciaria) sancitum est, ut ex plebejis quoque judices crearentur, penes quos in judiciis civilibus, sive privatis rei et litis esset aestimatio. Beaufortii haec est sententia, quem libenter auctorem probamus.

intenderit, sed etiam reum interrogarunt, quibus modis argumenta actoris refellere conaretur. Judiciorum eadem fere est ratio, atque Romae; orationibus habitis, statu caussae cognito, judices suffragia tulerunt (*ψῆφον διδόναι*) et litem (*τίμημα*) aestimaverunt. Athenis magistratus judiciis semper interfuerunt, quapropter *ἡγεμόνες δικαστηρίου* appellantur; Romae, via ad actiones habendas praemunita, nonnumquam abfuerunt. Praeterea aliud, idque haud leve discrimen statuere possumus, si res spectamus, quae ad singulos magistratus, judiciorum praesides referuntur. Romae non tam variae ac mixtae sunt, quam Athenis. *Πολέμαρχοι* (ut paucis utar exemplis), qui initio in bellis praetores fuerunt, bellorum curas ac bellicos apparatus susceperunt; neque tamen posthaec judiciis praefuerunt, in quibus Attici et peregrini, vel *μέτοικοι* inter se disceptarunt, ita ut cum praetore Romanorum peregrino comparari possint. Archontes, qui *ἐπώνυμοι* vocantur, non solum Dionysiorum et comoediae ac tragoediae chororum curam habuerunt, sed etiam ea judicia rexerunt, quae ad jus, quod nominant personale, pertinent. Denique id quod Romae summo semper fuit honori, Athenis quaestui esse coepit, cum stipendium (*μισθὸς δικαστικὸς*) a Pericle inchoatum, a Cleone auctum judicibus (*δικάσταις*) praeberetur. Sed nunc eo redimus, unde profecti sumus.

Atheniensum magistratus in tres partes dividi possunt; illi enim aut manuum porrectione, aut sorte, aut sententia lata creati sunt (*ἄρχοντες χειροτονητοὶ, κληρωτοὶ, αἱρετοί*). Alii fuerunt ordinarii sive annui, alii extraordinarii. Singulorum officia definire finesque potestatis describere longum est; summos hic nominasse sufficiat.

I. Hi fuerunt ordinarii magistratus: 22)

A. *ἄρχοντες κληρωτοί.*

1) Novem archontes: *ἐπώνυμος, βασιλεύς, πολέμαρχος,* sex *θεσμοθέται*· 2) *οἱ ἕνδεκα*· 3) *οἱ τετταράκοντα*· 4) *οἱ ναυτοδίκαι*· 5) *ὁ ταμίας τῶν ἱερῶν χρημάτων,* sive *τῆς θεοῦ*· 6) *οἱ πράκτορες, πωληταὶ, ἀποδεκτῆρες*· 7) *οἱ λογισταὶ, εὔθυναι, συνήγοροι*· 8) *οἱ ἀγορανόμοι, σιτοφύλακες, μετρονόμοι, ἀστυνόμοι, ἐπιμεληταὶ τοῦ ἐμπορίου.*

B. *ἄρχοντες χειροτονητοί.*

1) *οἱ δέκα ἡγεμόνες,* quorum alii annui, alii extraordinarii fuerunt; 2) *ὁ ταμίας*· titulum ejus non recte novimus; adduntur verba: *ὁ χειροτονηθεὶς ἐπὶ τὰ δημόσια χρήματα*· 3) ii, qui *οἱ ἐπὶ θεωρικὸν κεχειροτονημένοι* vocantur; 4) *οἱ σιτῶναι, βοῶναι*· 5) *οἱ ἐπιμεληταὶ τῶν μυστηρίων*· 6) *οἱ ἱεροποιοὶ ταῖς σεμναῖς θεαῖς.*

C. *ἄρχοντες αἱρετοί*·

οἱ ἐπιμεληταὶ τῶν φυλῶν, φρατριῶν καὶ δήμων.

II. Hi fuerunt extraordinarii:

1) *οἱ ἐπιγραφεῖς*· 2) *οἱ πορισταί*· 3) *οἱ ζητηταί*· 4) *οἱ ἐπίσκοποι, φύλακες*· 5) *οἱ πρέσβεις*· 6) *οἱ ἀπόστολοι* et alii.

Etiam Romanorum magistratus in ordinarios et extraordinarios dividuntur. Consules, praetores, censores, aediles curules et plebeji, quaestores, tribuni plebis et praefecti annonae ordinariorum sunt summi; dictatores, magistros equitum, xviros, tribunos militares consulari potestate et interreges extra ordinem fecerunt. Sed hac magistratuum Romanorum divisione supersedemus, cum dividendi rationem extrinsecus allatam contineat; et id quod supra, ubi de divisione Atticorum magistratuum disseruimus, laudatum est, ab hoc loco alienum esse putamus. Quid autem aptius, quid imperio reipublicae Romanae magis consentaneum cogitari potest, quam, ordinum ratione habita, discrimen constituere

22) Cf. Meieri et Schoemanni libr.: Der Attische Process pag. 39 — 113.

inter magistratus plebejos ac patricios? 23) Tribuni et aediles plebis sunt plebejorum, reliqui magistratus et sacerdotia patriciorum. Sacerdotes Romanorum 24) sunt augures, pontifices, XV viri sacris faciundis, rex sacrorum, flamines (Jovis, Martis, Romuli, Augusti), salii, luperci et vestales. Atheniensium sacerdotes supra simul cum reliquis magistratibus nominati sunt, quia etiam ad summa sacerdotia, licet usque ad Aristidis aetatem primae classis essent, haud multo post omnibus civibus aeque facilis fuit aditus; neque vero unquam cuiquam Athenienses, ut auguribus Romani, sacerdotium commiserunt, quo, donec viveret, fungeretur. Romae licet, lege Ogulniorum lata, plebi sacerdotia ambire concessum esset, tamen anno demum 252do pontificem maximum de plebe primum factum esse legimus.

Plebeji igitur magistratus tributis lecti sunt comitiis; tribuni plebis primo Senatus et nobilium co silia intercedendo destruxerunt; deinde cum legum loco plebiscita existimarentur, caeteri magistratus ludibrio iis fuerunt; postremo omnia, quae vellent, ab iis perpetrata sunt. Initio periodi secundae patriciorum fuerunt summi magistratus; lege Publilia, Licinia, Canuleja aliisque plebejis ad capessendam rempublicam via munita est. Sed tamen exempla, quae probari posse videntur, a nobis allata sunt, plebem, juribus vel per vim comparatis, modestam ac constantem fuisse, neque rationem generis et divitiarum ab ea neglectam esse. Quis autem negaverit, patricios ea, quae bonis artibus non possent, malis recuperandi avidissimos fuisse. Etiamsi generis auctoritas ac splendor eviluisset, plebejique jus honorum ad se rapuissent: tamen summi magistratus ex patriciis creati sunt; blanditiis enim, populari studio, largitione non solum eo tempore, cum magistratus summi ipsorum essent, sed etiam posthaec domi militiaeque gloriose factis eo pervenire studuerunt, ut memoria eorum, quae majores bene ac in rempublicam salubriter egissent, apud omnes cives semper praesens esset. Tempore belli Jugurthini, Ciceronis aetate si homo novus honores peteret, ei hoc ipsum magno versum est vitio, quod esset homo novus. Hanc nostram opinionem verissimam esse, C. Sallustius documento est, quem ideo libenter auctorem sequimur, quia ei inter scriptores rei Romanae Latinos, si Tacitum excipias,

---

23) Dividi quoque possunt in curules et non curules, in superiores et inferiores; curules fuerunt dictatores, consules, praetores, censores et aediles; caeteros, quippe qui, munere suo fungentes, eburnea, vel curuli non sederent sella, curules non appellant.

24) De iis, quae Romae sacerdotibus cordi fuerunt, eximius est locus apud Valerium Maximum; verba ejus I, 1. haec sunt: „Majores (nostri) statas solemnesque caerimonias, pontificum scientia, bene gerendarum auctoritates, augurum observatione, Apollinis praedictiones vatum libris, portentorum depulsiones, Hetrusca disciplina explicari voluerunt. Prisco etiam instituto rebus divinis opera datur, cum aliquid commendandum est, precatione; cum expescendum, voto; cum solvendum, gratulatione; cum inquirendum, vel extis, vel sortibus, vel impetrito; cum solemni ritu peragendum, sacrificio, quo etiam ostentorum ac fulgurum denunciationes procurantur.“ Omnium autem harum rerum cognitionem patricii habuerunt; quo factum est, ut plebeji, cum neque res privata, neque publica, nisi sacris habitis, ageretur, usque ad legem Ogulniam commodis publicis fere privarentur. Romanae plebis persuasiones de caerimoniis, sacris, auguriis atque patriciorum scientia sanctissimae fuerunt; patricii contra caerimoniarum intelligentia divinarumque rerum cognitione tantum sibi arrogarunt, ut, plebis superstionibus freti, quo vellent, eam ducerent, et omnia exsequerentur, quae essent in votis. Cf. Liv. v, 14; VI, 6; XXIII, 31, Polyb. VI. 556. 7; de augurum auctoritate Cic. de leg. 2, 8, et de ridiculis eorum caerimoniis ac coeli exploratione Liv. IV, 7, ex quo loco satis est perspicuum, quibus artibus contra plebem patricii pugnarint.

Athenis de sacerdotiis nulla fuerunt certamina; atque adeo nobiles, cum ex iis uberes fructus non percíperent, ea neque in magno numero posuerunt, ac post Persica bella omnes cives sacerdotes fieri potuerunt.

primus tribuendas esse existimamus. Verba ejus Bell. Jug. c. 63. haec sunt: „Etiam tum“ (de anno loquitur, quem excepit primus Marii consulatus) — — consulatum nobilitas (divites, qui iidem maximam partem patriciis gentibus oriundi erant) inter se per manus tradebat. Novus nemo tam clarus, neque tam egregiis factis erat, quin indignus illo honore et quasi pollutus haberetur.“ Ibidem Metellus Mario, qui Romam consulatus petendi caussa abiturus erat, inter alia haec respondet: „postremo caveret id petere a populo Romano, quod illi jure negaretur.“ Quod hic jus nominat, ambitiose loquitur patricius; jus enim petendi Mario Licinia lege concessum fuit; neque tamen quam nova esset res, si plebejus omnium honorum fastigium se ascensurum esse speraret, hoc verbum luculenter demonstrat.

Apud Atticos usque ad Aristidis aetatem IX archontes et quaestores summi secundum leges Solonis ex prima classe electi sunt; hoc censum, non genus respicit. Haud multo post Aristidem sine ullo discrimine aeque omnibus civibus jus honorum datum est; et profecto est, quod miremur, quales homines interdum magistratus fecerint. Praesertim tyrannidis metu haud raro accidit, ut peritissimi exercituum duces imperio exuerentur, aliique homines, omni rei militaris scientia destituti, in locum illorum sufficerentur. Neque domi res aliter acta est; quo quis acceptior multitudinis ductor (δημαγωγός), quo facundior in bladiendo fuit; eo celerius ad summos accessit honores; utrum ad provinciam administrandam satis esset peritiae et auctoritatis, necne, ea res, quae in deliberationem caderet, raro digna visa est 25) — Magistratus fere omnes utriusque civitatis stipendia non acceperunt; verum tamen etiam hic discrimen, idque maximum statui potest. Athenis qui magistratu se abdicant, privati fiunt, neque ex magistratu praeter honorem ullos fructus capiunt. At Romanorum consules, praetores, quaestores, munere suo perfuncti, in provincias missi sunt. Hic vero novissimo tempore fons fuit perennis, ex quo nobiles effusae largitionis materiam et ingentes opes haurirent. Provinciarum magistratus voluntariis donis a provincialibus ambiuntur, majorem praedae partem accipiunt; denique cum provinciae ipsorum auspiciis administrarentur, opportunissimam occasionem rei familiaris incredibili ratione augendae nacti sunt.

At nunc qualis Senatorum dignitas fuerit, nobis disputandum est. Areopagus ultimis temporibus in regno Attico floruisse dicitur. Ex legibus Solonis archontes, qui bene gesto magistratu abierant, in eum leguntur; judiciis publicis praefuerunt, caeterum iis cordi fuit, ne reipublicae status converteretur. Areopagitarum auctoritatem Pericles et Ephialtes fregerunt. Majoris momenti alter est Senatus, cui ἡ βουλὴ, ἡ ἀπὸ κυάμου, sive οἱ τετσαρακόσιοι et postea οἱ πεντακόσιοι Graecum nomen est. Solonis tempore CCCC, Clisthenis D sunt senatores, qui in X partes dividuntur. Quinquaginta igitur senatores per XXXV, vel XXXVI dies, anni Attici decimam partem, (annus Solonis ordinarius est CCCLIV, annus intercalaris CCCLXXIV dierum; hoc imperium summum penes illos L senatores fuit per XXXVIII, vel per XXXIX dies.) Senatus muneribus ita functi sunt, ut quinta pars (X sunt homines) per septem dies summam rerum administraret. Ex hac decuria unus toti reipublicae unum diem praefectus fuit, qui ἐπιστάτης vocatur. Cujus nomen in album Senatus et tribuum relatum est, is quominus in Senatum legeretur, nihil obstitit; Senatorum vero potestas, qui alternis imperium haberent, aequa eademque fuit omnibus.

Romae unus tantum invenitur Senatus; senatores, patricia gente oriundi, ordinem senatorium formaverunt, quem Athenis frustra quaeras. Quam diversam legendi rationem Athenienses observarint,

---

25) Polyb. VI, 44: „ἀεὶ γάρ ποτε τὸν τῶν Ἀθηναίων δῆμον παραπλήσιον εἶναι συμβαίνει τοῖς ἀδεσπότοις σκάφεσιν“ et sqq.

inde conjicere possumus, quod senatoribus stipendium praeberent. At Romae nonne ineptum, non ridiculum fuisset, si senatores quotidie unius drachmae stipendio, ditissimi mortales tantulo nummo donati essent? Inde sequitur, in legendis Senatoribus non modo genus, sed ne divitias quidem Atheniensibus curae fuisse. — Romanorum Senatum Romulus instituisse perhibetur; C fuerunt homines; numerus a Tarquinio Prisco et iterum post Tarquinium Superbum, regno pulsum, auctus est. Etiam post, quam ad summos honores plebs accessit, rarissime plebeji in Senatum lecti sunt. Circa tempora belli Punici tertii patriciorum, qui tum soli Senatui interessent, tantum fuit imperium, ut comitiorum dignitas exstingueretur. Splendido victu, corruptela plebis, ludis magnifice editis, quibuslibet artibus Senatores sibi faciendum putaverunt, ut plebs, panis et ludorum avidissima, majorum virtutes oblivisceretur et jura, magnis studiis parta, sibi eripi sineret. Tum comitia quaevis spectaculo esse coeperunt; omnia, quae vel Senatus decrevit, vel unius senatoris suasit cupido, populus, pecunia corruptus, fieri jussit 26) — Cicero inter fontes juris Romani etiam senatusconsulta enarrat; quapropter legum vim quandam habuisse videntur. Athenis de minimis tantum rebus penes Senatum fuit arbitrium, ejus decreta vocantur *προβουλεύματα*. Ipsum hoc verbum indicat, decreta Attici Senatus legum loco non habita esse; ne qua res ad populum imprudentem referretur, Senatores Athenis, ut Romae, praejudicium fecerunt, quae lex facta est, si in eandem sententiam populus discesserat (*νικᾷ τὸ ψήφισμα — ταῦτα ἔδοξε τῷ δήμῳ.*)

At nunc si omnia, quae a nobis dicta sunt, in memoriam revocamus, palam est, civibus Atticae et Romanae reipublicae eadem quidem jura, idemque imperii consortium fuisse; sed tamen Athenis discrimen ordinum reipublicae nunquam magnum invenitur et eo temporis intervallo, de quo nos egimus, totum fere evanuit. Romae patriciorum potentia, si accuratius rem perscrutamur, ne tum quidem irrita facta est, cum Publilii, Licinii, Canuleji et Ogulniorum legibus, tribunorum contentionibus et plebiscitis omnium civium jura aequabiliora reddita essent. Sed haec hactenus.

---

26) Cf. Polyb. VI, 13. Senatorum potestas initio summa fuit, donec tribuni plebis intercedendo eam delibitarent. At licet res, quae iis administranda essent, posthaec diminuerentur (Cf. Polyb. VI, 16: *Ἡ γε μὴν, σύγκλητος πάλιν, ἡ τηλικαύτην ἔχουσα δύναμιν, πρῶτον μὲν ἐν τοῖς κοινοῖς πράγμασι ἀναγκάζεται προσέχειν τοῖς πολλοῖς, καὶ στοχάζεσθαι τοῦ δήμου κ. τ. α.*), nunquam tamen fuit tam exigua, quam Atticorum. De omnibus enim, priusquam comitiis agerentur, ad Senatum Romae relatum est; praeterea non solum provincias et triumphos decrevit, sed etiam aerarium publicum, legationes, sacra, libros Sibyllinos et alia curavit. Nonnumquam Romani titulo consulum, quorum jussu atque auspiciis Senatus habitus est, verba addiderunt: „Darent operam, ne quid detrimenti respublica caperet;“ hoc autem additamento consulum et Senatorum potestas ejusmodi fuit, ut regis et populi loco reipublicae praeessent; neque vero de rebus ab iis gestis ad populum provocare tribunis licuit.

Lectori Benevolo S. D. Olawski, commentarioli auctor.

Incuria nostra factum est, ut in paucis quibusdam opusculi nostri exemplis typothetae vitia invenias, quae in reliquis corrigenda curavimus. Sed cum neque verborum sensum permutent, neque difficilia sint emendatu: ea silentio praetermitti posse censemus atque hic haec tantum adnotamus:

Pag. I. vers. 1. deest comma inter verba „ne“ et „tempora.“
Pag. VIII. vers. 26. false scriptum est „anquitatibus“ pro „antiquitatibus.“
Pag. X. vers. 21. „collocata,“ non „collocati“ lege.
Pag. XIII. vers. 13. omissa est vox „creandi,“ post verba „suffragia tribunos.“
Pag. XVI. adnotat 21. lege: „soli judicia haberent?“

Nachricht

von dem Zustande

des

Königlichen Gymnasiums

zu Lissa

während des Schuljahrs von Ostern 1833 bis Ostern 1834.

WIADOMOŚĆ

o stanie

Królewskiego Gimnazyum

w Lesznie

w ciągu roku szkólnego od Wielkiéjnocy 1833r. aż do tegoż czasu 1834r.

A. Lehrverfassung.

Im verflossenen Schuljahre sind folgende Lehrgegenstände abgehandelt worden;

In Prima.

Ordinarius der Director.

Im Lateinischen. Erklärung der Oden des Horaz, des ersten Buches letztes Drittheil, mit lat. Commentar und rhythmischer Uebertragung ins Deutsche — bis Michaelis der Director von Stöphasius. Seitdem das zweite Buch der Oden gelesen und lateinisch erklärt 2 Stunden w. — der Director Schöler. In Verbindung hiemit bis Michaelis: Metrik der trochäischen, jambischen, und dactylischen Verse, 1 Stunde wöchentlich — der Director von Stöphasius. — Ciceronis Oratt. Philippic. 1. und II; seit Michaelis Cic. de Oratore lib. II 1 — 32, 2 Stunden w. Professor Cassius. — Lateinischer Styl, und Uebungen in mündlicher Darstellung, w. 1 Stunde — bis Michaelis Professor Matern, seitdem 2 Stunden der Director. — Cicer. Quaestionn. Tusc. bis Michaelis Professor Matern, seitdem Tacitus Agricola, 2 Stunden w. der Director.

Griechisch. Homeri Ilias lib. II. 2 Stunden w. — Professor Cassius. — Seit Michaelis die Antigone des Sophokles absolvirt, 3 Stunden w. — der Direktor. — Plutarchi Vita Luculli 2 Stunden w. — Professor Matern — seit Michaelis Platonis Symposion gelesen und erklärt. 2 Stunden w. — Herr Contenius — Grammatik und Schreibübungen. 1 Stunde w. — Derselbe.

Hebräisch. Einleitung in das Studium der hebräischen Sprache. Uebersetzung und Erklärung (latein.) des Buches Ruth, der Psalmen 2. 8. 14. 15. 16. 18. 19. 20. 21. 121. 123. 139. — Herr Contenius, 2 Stunden w. —

Deutsch. Deutsche Literaturgeschichte von den Minnesängern bis auf die neuste Zeit. Erläuterung ausgewählter Literaturstücke. Leitung der freien Vorträge. Verbesserung der von 5 zu 5 Wochen gelieferten Ausarbeitungen — 2 Stunden w. — Oberlehrer Olawski.

Polnisch. Polnische Literaturgeschichte nach Bentkowski. Leitung mündlicher Vorträge, und Correktur schriftlicher Ausarbeitungen — 3 Stunden w. — Lehrer Popliński.

Französisch. Uebersetzung und Erklärung ausgewählter Literaturstücke nach dem Handbuche von Ideler und Nolte. — Leitung der Schreib- und Sprechübungen — 2 St. w. — Lehrer Steck.

Religionslehre. (Prima und Secunda combinirt.)

a) Evangelisch: die beiden letzten Haupttheile der practischen Glaubenslehre, die Lehre von Christo (seiner Person, seinen Aemtern und Stiftungen) und von den letzten Dingen: Unsterblichkeit der Seele, Auferstehung, Ende der Welt, Vergeltung, Seligkeit, Unseligkeit — Besserung, Glaube, Gehorsam — nach eigenen Heften. Prediger Schiedewitz.

b) Katholisch: die ganze christliche Glaubenslehre, mit Lesung der Beweissstellen im Grundtext. Kaplan Tyc.

Geschichte. Fortsetzung der neuern Geschichte — siebenjähriger Landkrieg — siebenjähriger Seekrieg — Nordamerikanischer Freiheitskrieg — allmählige Auflösung der Republik Polen; 3 Stunden w. — der Director von Stöphasius; seit Michaelis: die vierte Periode der neuen Geschichte — 1815. Professor Matern.

Mathematik. Das 7te und 8te Buch von Legendre's Geometrie; von den krummen Linien des zweiten Grades und von ihren Tangenten. 2 Stunden w. — Professor von Putiatycki.

Physik. Von der Bewegung — Statik — Mechanik - Hydrostatik — Hydraulik; seit Michaelis: Optik, Katoptrik, Dioptrik und Farbenlehre, nach Fischers Lehrbuch der mechanischen Naturlehre — 2 Stunden w. Derselbe.

Philosophische Propädeutik. Uebersicht der Psychologie und Logik. 1 St. w. — Oberlehrer Olawski.

Naturgeschichte und Geographie. Systemkunde der Botanik und Mineralogie. Repetition in der Geographie. Lehrer Fleischer.

Gesang. . . . . } S. unten
Zeichnen . . . . . }

A. Urządzenie nauk.

Wupłynionym roku szkolnym traktowano następujące przedmioty:

W Klassie Pierwszéj.

Ordynaryusz: Direktor.

W Łacinie. Wyjaśniano Ody Horacyusza, ukończono pierwszą księgę z łacińskim kommentarzem i rytmicznym przekładem na niemieckie, do Sgo Michała, Direktor Stoephasius. — Odtąd zaś czytano drugą księgę Od, i wyjaśniano po łacinie 2 godz. na tydź. Direktor Schöler. Z tem łączono do Sgo Michała naukę o miarach trocheicznych, jambicznych i daktylicznych wierszy 1 godz. na tydz. Direktor Stöphasius. — Ciceronis Philipp I. i II.; od Sgo Michała Cic. de Oratore II, 1 — 32, 2 godz. na tydz. Prof. Cassius. — Styl łaciński i ćwiczenia w wysłowieniu 1 godz na tydzień do Sgo Michała Prof. Matern, odtąd zaś 2 godz. Direktor Schöler. — Cic. Quaestionn. Tusc. 2 godz. do Sgo Michała Prof. Matern; odtąd zaś Taciti Agricola 2 godz. Direktor.

Język Grecki. Homeri Ilias lib. II. 2 godz. na tydz. Prof. Cassius. — Od Sgo Michała Antigonę Sophoklesa skończono w 3 godz. Direkt. Plutarcha życie Lukulla 2 godz. Prof. Matern: od Sgo Michała Platonis Symposion czytano i objaśniano 2 godz. Pan Contenius. — Grammatyka wraz z ćwiczeniami piśmiennemi 1 godz. tenże.

Język hebrajski. Wstęp do nauki języka hebrajskiego. Tłumaczenie i wyiaśnienie (po łacinie) księgi Ruth, Psalmów 3, 8, 14, 15, 16, 18, 19, 21, 121, 123, 139. P. Contenius. 2 godz. na tydz.

Język niemiecki. Historya literatury od bardów miłości, aż do najnowszych czasów. Wyjaśniano niektóre ważniejsze wyimki. Nauczyciel kierował ustną rozprawą, co 5 tygodni poprawiał w domu wypracowania uczniów. 2 godz. na tydz. Naucz. wyż. Olawski.

Język polski. Historya literatury podług Bentkowskiego — ustne rozprawy i poprawa piśmiennych robót. 3 godz. na tydz. Naucz. Popliński.

Język francuzki. Tłumaczenie i wyjaśnienie niektórych wyimków podług Wypisów Idlera i Nolte — ćwiczenia w pisaniu i mówieniu. 2 godz: na tydz. Naucz. Steck.

Religia. (Klassy I. i II. razem.)
a) Ewanjelicka: dwie ostatnie części praktycznéj nauki wiary, nauka o Chrystusie (o jego osobie, urzędach, i ustawach tudzież o ostatnich rzeczach: o nieśmiertelności duszy, o zmartwychwstaniu, końcu świata, nagrodzie, szczęśliwości, nieszczęśliwości — poprawa, wiara, posłuszeństwo — podług własnych poszytow. Kaznodzieja, Schiedewitz.
b) Katolicka: cała nauka wiary wraz z czytaniem miejsc przytaczanych w oryginale. X. Kapelan Tyc.

Historya. Ciąg dalszy historyi nowszéj — siedmioletnia wojna — wojny amerykańskie o niepodległość — upadek Rzeczypospolitéj polskiéj, 3 godz. na tydz. Direktor Stöphasius, od Sgo Michała zaś czwarty okres historyi nowszéj — 1815r. Prof. Matern.

Matematyka. 7 i 8. księga Geometryi Legendra; od Sgo Michała: geometrya analityczna o liniach krzywych drugiego stopnia i o ich stycznych 2 godz. Prof. Putiatycki.

Fizyka. O ruchu ciał — statyka — mechanika, hydrostatyka, hydraulika; od Sgo Michała zaś: Optyka, katoptryka, Dioptryka i nauka o kolorach, podług Fischera: Lehrbuch der mechanischen Naturlehre. 2 godz. Tenże.

Filozofia. Rys krótki Psychologii i Logiki. I godz. Naucz. W. Olawski.

Historya naturalna i geografia. Wykład systematyczny Botaniki i Mineralogii: powtorzenie Geografii. Naucz. Fleischer.

Spiewanie . . . . . } zob. niżéj.
Rysunki . . . . . }

In Secunda.

Ordinarius Professor Cassius.

Latein. Plauti Trinumus und einige Eclogen des Virgil, seit Michaelis Virgil. Aeneid. Lib. I — Oberlehrer Olawski — Livii Lib. I. — 25, Salustii Iugurtha 31 — 47, seit Michaelis Livii Lib. I. 26 — 40 und Ciceronis Oratt. Catilin. I. II. III. — 3 Stunden w. — Professor Cassius. Grammatik und Stylübungen (freie Aufsätze, Exercitien nach Höchel, mündliche Darstellungen) 2 St. w. — Derselbe.

Griechisch. Homeri Odyssea lib. I und II, bis Michaelis 2 St. w. — Herr Contenius. Seit Michaelis nur grammatische Uebungen mit strenger Rücksicht auf Homerischen Dialect, wobei das zweite Buch der Odyssee noch einmal sprachlich genau analysirt wurde (gegen Ende des Cursus konnten auch die früher vom Griechischen dispensirten Schüler, die bis dahin privatim in der Griechischen Grammatik gratis unterrichtet wurden genügenden Antheil nehmen) — der Director. Xenophontis Cyropaedia lib. I. und II. 2 Stunden w. Prof. Cassius.

Hebräisch. Einübung der Formenlehre nach eigenem Entwurf — dann die 3 ersten Kapitel der Genesis gelesen und grammatisch analisirt; zulezt 2 Stunden w. — Herr Contenius (bis Michaelis Prof. Matern.)

Deutsch. Uebungen im Disponiren, und freien Vortrage. Theorie der Dichtungsarten nach Müllers Handbuch. Verbesserung der von 3 zu 3 Wochen aufgebenen Ausarbeitungen, 3 Stunden w. — Oberlehrer Olawski.

Polnisch. Theorie des Stils nach Słowacki. Lectüre aus Wypisy polski. Schriftliche Ausarbeitungen, und deren Correktur, 3 Stunden w. — L. Popliński.

Französisch. Uebersetzung und Erklärung ausgewählter Literaturproben nach Ideler und Nolte — Literaturgeschichte nach Motty. — Uebungen im Schreiben und Sprechen L. Steck.

Religionslehre. S. bei Prima.

Geschichte. Geschichte des Mittelalters bis zu Anfang der Kreuzzüge, bis Michaelis der Director; seitdem: Geschichte des Mittelalters bis zum Iahr 1492, 2 Stunden w. Professor Matern.

Mathematik. Rechnung mit Wurzelgrössen, Erhebung der Zahlen zur dritten Potenz, Ausziehung der Cubikwurzeln, arithmetische und geometrische Progressionen zusammengesetzte Zins- und Renten-Rechnung; seit Michaels: der binonische Lehrsatz für ganze Exponenten, und allgemeine Theorie der Gleichungen. 2 St. w. Prof. v. Putiatycki.

Physik. Von der Electricität, vom Magnet, von der Wärme, der Luft, dem Wasser. 2 St. wöchentlich. Derselbe.

Tertia.

Ordinarius Professor Matern.

Latein. Aus Jakobs Anthologie der römischen Dichter mehrere Gedichte des Catull und Tibull übersetzt und erläutert 2 St. w. — Im Bezug hierauf Prosodie und Metrik des Hexameters und Pentameters nach Zumpt und Trajanski 1 St. w. Lehrer v. Ciechanski. — Seit Michaelis übernahm diesen Theil des Unterrichts der Professor Matern, welcher seitdem ausgewählte Metamorphosen des Ovid erklärte. Caesar de bello civili lib. I. und II — 22, 2 St. w. Prof. Matern.

Grammatik und Stilübungen (theils häusliche Arbeiten, theils Extemporalien) 2 St. w. — Lehrer von Ciechanski — seit Michaelis Prof. Matern.

Griechisch. Jakobs Lesebuch I. u. II. Cursus mit Auswahl — Grammatik etymologischer Theil mit Einschluss der unregelmässigen Verba; erste schriftliche Uebungen zum Uebersetzen ins Griechische (nach Rost und Wüstemann) — 5 Stunden wöchentlich Prof. Cassius. N B. Ganz zuletzt wurde auch die Lesung der Odyssee begonnen, welche von jetzt an — mit Rücksicht auf analytische Einübung des epischen Dialects — neben Xenophons Anabasis beibehalten wird. *)

Deutsche Uebungen im Vorlesen, Declamiren und Disponiren. Erklärung ausgewählter Gedichte. Verbesserung der von 3 zu 3 Wochen gefertigten schriftlichen Aufsätze, 3 St. w. — O. L. Olawski.

Polnisch. Syntactische Uebungen, Lesung ausgewählter Stücke aus Wypisy polski. Correctur häuslicher Ausarbeiten über leichte Aufgaben. 3 St. w. L. Poplinski.

---

*) Denjenigen Schülern, die im Griechischen gar zu schwach waren, wurde seit Michaelis durch Privatunterricht des betreffenden Fachlehrers nachgeholfen.

Klassa II.

Ordynariusz Professor Cassius.

Łacina. Plauti Trinummus i niektóre eklogi Wirgiliusza; od Sgo. Michała: Eneida Wirg. ks. I. Naucz. wyż. Olawski. — Liwiusza ks. I, 1—25. Sallustyusza Jugurtha 31—47, od Sgo Michała Liw. ks. I. 26 — 40 i Cicerona mowy przeciw Katyl. I. II. III. 3 godz. Prof. Cassius. Grammatyka i Cwiczenia stylowe (wypracowania wolne, exercycye podług Höchla, ustne ćwiczenia) 2 godz. Tenże.

Język grecki. Odyssea Hom. ks. I. i II. do Sgo Michała 2 godz. na tydz. Pan Contenius. Od Sgo Michała same tylko ćwiczenia grammatyczne ze względu na dialekt Homera, i wtym celu raz ieszcze ściśle analizowano drugą księgę Odyssei. (Przy końcu kursu uczniowie dawniéj od nauki tego języka uwolnieni, którzy dotąd prywatnie w grammatyce greckiéj gratis ćwiczeni byli, zaczęli dostateczny brać udział). Direktor. — Xenophontis Cyropaedia lib. I. i II. 2 godż. na tydz. Prof. Cassius. Grammatyka wraz z ćwiczeniami podług Rosta i Wüstemanna. 2 godz. Tenże.

Język hebrajski. Cwiczenia w formowaniu podług własnego planu — Potem trzy pierwsze rozdziały księgi rodzaju czytano i grammatycznie rozbierano: w końcu 2 godz. Pan Contenius. (do Sgo Michała Prof. Matern.

